

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0174

LOG Titel: De Cornice Cinereo. Cap. IV.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

gantur. Plurimos etiam agricolas, quibus uel famuli, uel pueri desint, alio astu ad pellendam eiusmodi pestem uti dicebat: quosdam nempe ajatas molas, quæ vento perpetuo circum agitur, insigni artificio fabricare, quarum continuo, eoq. molesto sonitu pauorè auibus incutiant, accessumque earum ad agros prohibeant: alios uerò laruas, seu terriculamenta, μορμολυκείας Græci vocât, Itali Sporacchios, per agros ubiq. collocare, & rustico habitu induere: quas ille rusticos esse suspicantes, ab agris eorum abstant.

DE CORNICE CINEREA. Cap. IV. SYNONIMA.



Anmaria
dicenda.

VAM pro tertia cornicum specie describimus, Ἰσοδένειος κορώνη rectè à quibusdam Germanis Græcè dicitur, quasi visu cinerea, ut Plinius loquitur, seu cineris speciem gerens: quo sensu alibi cinericam terram, uel rusam, id est, cinerei coloris appellat: & Aristoteli ἰσοδένειος κρώμα color est visu cinereus, seu color cinereus, ut Plinius hêt uel ut alijs placet, color ex cinereo albicâs. Eodem

modo istæcauis cornix cinerea Latinè uocari potest. Turnerus meo quidem iudicio parum rectè marinam appellat. Quamuis enim circa littora quandoque degat, non potuit tamen ex ita leuiratione marinam uocare: quoniam, & primum genus eadem loca incolit, quâ nemo tamè idcirco marinam dixerit: uerùm rectè quibusdam hybernâ dici addidit. Galli tamen indifferenter, sed sine ratione, & uilla auctoritate teste Bellonio, marinam cornicem etiam nominât: cùm alioqui cornix marina, ut suo loco, Deodante, patebit aliquandò, ab hac toto, quod aiunt, cælo discrepet. Qui uerò cornicem uariam nuncupant, ij à Belgis, quibus Bontekraey dicitur, 30 nomenclaturam mihi detorsisse uidentur; si quidem bont, ut audio, Belgis uarium, & Craey cornicem significat: quod sanè nomen aui à coloris uarietate, quæ potissimum ab alijs cornicibus distinguitur, inditum est, partim uidelicet cineræ, partim nigræ. In superiori Germania Schiltkrae, & Nabelkrae dicitur: Italis Mulachia, & Munachia, sed rectius fortè Monachia ab æmulo monachicæ uestis colore, albo scilicet, & nigro: Gallis Corneille Emantelee, non autem Corneille Sauvage, ut Ornithologus existimat. Belgis item een Vuinterkraey, hoc est, cornix hyemalis, seu hyemis nuncia: unde apud eos, uti etiam apud Vvestphalos tritum sermone, prouerbiū est, vna cornix non facit hyemem: cui illud Græcorum respondet, vna Hirundo non facit uer.

Bötecraye.

Schiltkræe.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

HANC cornicem tertium cornicum genus facimus, cùm ob uocem cum alijs communem, tùm quia in eisdem locis, in quibus primum genus hyemali tempore degat, ac uelut semper sociata sit, eisdemq. quibus illa uicinitet. Spermologo minor est, & coloris uarietate à nigra facillimè dignoscitur.

F O R M A.

Magnitudo
Color.

Magnitudo huic cornici cum nigra cornice æqualis est. Caput, collum inferius, mentum, rostrum, alæ, cauda, crura, admodum nigra, qui tamen color in mento, rostro, atq. illa parte, quæ supra stomachum est, tanquam setis quibusdam teeta multò intèrior est. Dorsum totum, collum superius, alarum latera, nates, & totus ferè uenter cinerea, unde Emantelee Gallis teste Bellonio, qui optimè eam descripsit, appellatur. Ornithologus totum collum, & alarum latera perperam nigra esse scripsit. Icon proximâ paginâ sequitur.



2 V O O I

A



Altos Montes tempore æstiuo incolit, in quibus soboli propagandæ incubere ex eo col-
ligi potest, quod nullibi in planis nidulari reperitur, Numeratur uerò inter migra-
torias volucres, quæ scilicet sub autumnii fine ad plana descendit, ibiq; totam post
hycem propè oppida & pagos uelut inter homines degit. Albertus in superiori Germania me-
ridiem uersus hanc cornicem nullo anni tempore recedere testatur, & causam in puriorem aerē
reijcit, & in altiora loca: uerum quamuis in Germania inferiori ut potè apud Belgas loca aquis
omnia scateant, quorum uaporibus per hycem temperatiorum aerem (cuius causa ad eos
aduolare credit) & in superiori Germania aerem purissimū, locaq; peralta concedamus: ideo ne
ibi perennet? Quin potius Italæ locis, quæ ea Germaniæ parte multò altiora sunt, ac req. fru-
untur longè temperatiori, atque puriori, degunt? Cū itaque ne que hic reperiantur, aliam
planè rationem assignare Albertus debebat. Quare doctissimi Bellonij opinio potior mihi, ac
uerior uidetur, qui ad plana descendere aues uoluit, quoniam ob intolerabilem frigidis sæ-
uiriā, quæ hycemali tempore haud dubio in eiusmodi locis uiget, ea deserere cogantur. Cui
si placet, rupium asperitates, & continuas ferè niues adde, Præterea in Heluetiā nunquam, ut
audio, nidulari, sed aliò migrare conspiciuntur.

Alberti er-
ror.

Cur ad pla-
na descen-
dant.

V I C T V S.

Cornix cinerea eadem qua cornix nigra, victus ratione utitur. Est enim etiam pampha-
ga. Quadrupedum, hominum infelicitèr mortuorū, & in cruce sublatum, denique, 30
& piscium carnes affectat; neque à lactinijs etiā abstinet, quorum causa casus agrico-
larum quandoq; inuadit. In fruges pariter, uermesque, & omne insectorum genus sæuit. Orni-
thologus in dissectæ auis ventre quasdam quisquilias, cortices granorum, substantiamq; quan-
dam albam pinguem ex eisdem fortè granis concretam, & lapillos inuenit.

V S V S.

In nido huiusce cornici herbam, uel radicem inueniri tradunt, quæ gestantem reddat in-
uisibilem, sed penes illos fides esto; mihi id nunquam persuaserint. Ornithologus aue
hanc in inferiori Germania in cibum admittit ait, sed id de plebecula, ac rusticis, ut ab
ipso Batauis habeo, intelligendum est. Bononiæ etiam in foro venditur. Quid uerò de carne, 40
dicam, non habeo, nisi quòd tetrum odorem spiret.

DE CORNICE CÆRVLEA. Cap. V.



HANC auem, cuius picturam hoc loco exhibemus, quoniam Cornix appelle-
tur, cornicibus, quamuis planè ignoremus, num ex harum genere sit, adiunxi-
mus. Ornithologus ex quo, & descriptionem, & iconem mutuati sumus, de hac
aue in hæc uerba scribit. Cornix cærulea, cuius iconem Io. Kentmanus, histo-
riam uerò Ge. Fabricius miserunt è Misnia, auis est planè syluestris, & imman-
sueta, à Misenis ein Vvilde Holzkræ, ab alijs Galgenregel, uel Halckregel appellatur. Trans 50
Albim in saltu Luchouiano, & in syluis finitimis reperitur: uersatur in locis non frequenta-
tis. Nidum, ut Vpupa ex oleto construit; & præter cætera à proiectis cadaueribus uicitat.
A calore quidam nominant ein Teutschen Pappagey, id est, Pſittacum Germanicum. Depor-
tatur hinc in alias nationes, nulla alia commendatione quam coloris. Hæc G. Fabius. Ro-
strum, ut pictura ostendit, nigrum est; crura fusca, & pro portione corporis parua. Cæruleo
co ore passim nitet, in capite, alis, cauda, circa orrhopygium, & tota parte supina: alibi synce-
riore, alibi admixto uiridi. Dorsū, & colli proni color fuscus est: maiores alarum pennæ nigræ.
Quærendum ad hæc sit Pica illa syluestris, quam Eberus, & Peucus Germanicè uocant Hel-
denelster, Krigelster, Hæc itaq; Ornithologus. Iconem subsequenti pagina habebis.

In Paralip.
Galgeregell

Rostri co-
lor.